

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:
Solida, ad descendam & exercendam, ex evangeliis tam
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius
notitiam, informatio**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Dominica post circumcisionis festum

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](#)

Dominica post Circumcisionis Festum.

Evangelium, Matth. 3. v. 11. - 17.

EXORDIUM.

Refert S. Evangelista Johannes, Hierosolymis piscinam fuisse, nomine Bethesdam quinque porticus habentem, in quibus jacuerit multitudō magna languentium, cœcorum, claudorum, aridorum. Quotannis enim Angelus Dominidescendebat, & movebat aquam in piscinā, hinc salutiferam virtutem accipiebat aqua. Et qui prior descendebat in piscinam, post motionem aquæ, sanus siebat, à quaunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua, qui frustra hæcenus expectaverat, quando enim aqua turbabatur, semper aliis ante eum descendebat, neque enim ipse surgere poterat, cum neminem habebat, qui ipsum de terra levatum, in piscinam misisset. Joh. 5. v. 2. 7.

Hac piscina egregius typus est Baptismi: licet enim in eo aquam habeamus communem: tamen Angelus magni foederis, Dominus & Salvator noster Jesus Christus, aquam hanc virtute sua commovit, & sanguine suo tinxit, ut jam sit salutaris aqua, omnes sanans morbos, per hæreditatem in nos derivatos, & à nobis attractos: Es ist für ihm eine rothe Fluth/von Christi Blut gefärbet / die allen Schaden heilen thut/ von Adam her geerbet / und von uns selbst begangen. Et quando ea in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti adsperrimus, mundamur ab omnibus iniquitatibus nostris. Ezech. 36. v. 25.

Quemadmodum enim Servator in Circumcisione carnis suæ, Testamento Veteri, & omnibus Ceremoniis Leviticis valericere cœpit: sic à Johanne hic baptizatur, ut portam Novi Testamenti pandat, & Ecclesiæ suæ salutare illud aquæ lavacrum instituat, in quo illa ab omnibus maculis, rugis & inquinamentis ablui, & ex adverso elegantissima veste iustitiae ejusdem amiciri possit. Quicunque enim in Jesum Christum baptizati estis, Chistum induistis. Gal. 3. v. 27.

Sed absque prolixiori ambage ad rem ipsam accessuri, discemus ex hoc Evangelio:

- I. Αὐθωπολογιαν sive notitiam nostri.
- II. χριστιανιαν, sive notitiam Christi.

J. J.

Exegesis.

Magna sunt opera Domini, investigata in omne beneplacitum eorum. Laus & magnificientia opus eius inquit Regius ille Psaltes, Psalm. III. v. 2. 3. Hic audi mus, quomodo opera ejus recte intueri & perpendere debeamus. Magna sunt, quoniam à Rege Regum & Domino Dominantium dependent, & humana ratione comprehendi non possunt. Iucunda sunt, quia magnam animalitatem in cordibus excitant, si recte consideren tur. Laudabilia sunt, quia lauda-

G 2 ri

Ele
pa
hi
sc
p

Dominica post Circumcisionis Festum.

52

risatis non possunt. *Magnifica*, non modo ex seipsis: sed etiam ob insigne emolumen-
tum, quod nobis attulerunt.

Hoc in specie dicere possumus de *Bapti-*
simo, qui *magnum Dei opus est*, quia Christus ipse instituit eum, ministrisque suis ad-
ministrandum mandavit: quin & rationi obvium non est, quomodo aqua tantas res efficere possit. *Iucundum quoque opus est*,
quodsi enim Christianus recte revolvit se-
cum in mente sua, quod Deus fœdus nobis-
cum feriat in baptismo, nosque in filios a-
doctet maximo cordis gaudio perfunditur.
Et tandem quoque opus *magnificum*, ob
maximas utilitates, quas ex baptismate capi-
mus, unde Veteres dixerunt:

Ianua Baptismi, dat semina Christiani.

Hoc Christo acceptum ferre debemus,
qui hodie Johannibaptizandum se commi-
sit, non sui causa, qui nullo Baptismo opus
habuit: sed ut nobis aquam sanctificaret,
faceretque aquam gratiosam, & lavacrum
regenerationis & renovationis, quo à pec-
catis ablueremur, & in fœdus Dei recipi-
remur, quod S. Petrus vocat stipulationem
bonæ conscientiæ, 1. Pet. 3. v. 2.

Quodsi itaque hic notitiam nostri discere
velimus, consideremus I. Christi petatum.
Tunc enim venit Jesus à Galilæa ad Jordani-
em, ut baptizaretur à Johanne. Hoc sa-
ne rarum quid est, quod Dominus veniat
ad servum, & ab eo baptizari cupiat. At
hoc ipso dignitatem Ministerii confirmata-
tum ivit, ne despiceremus illud, sed apud
illud gratiam quereremus, quam DEUS
verbo & Sacramentis impertivit. Est e-

nim ministerium Spiritus, 2. Cor. 3. vers.
6. Et quod Spiritus Sanctus in Eccle-
sia operatur, non immediate, sed median-
te ministerio operatur, unde Christus, Luc.
10. v. 16. Matth. 18. v. 13.

Hic se auditores *Christianiani* examinent,
an tanti semper ministerium fecerint, ut
Christus proprio exemplo nos docuit.

Hæc res magni est momenti. Licet e-
nim verbi ministri ut plurimum homines
doutrañē, ut de Elia dicitur, & non mi-
nus, ac auditores ipsi infirmitatibus obno-
xi sint: tamen loco Dei sunt, & mini-
stri Christi & dispensatores mysteriorum
Dei, 1. Corinth. 3. v. 1. sicut ipsis quoque
claves regni cœlorum concedidit, ut pos-
sint ligare & solvere, juxta instructionem
Domini sui. Matth. 18. v. 18. Quan-
do docent & prædicant, commodant
Deo lingnam suam, quando Sacraenta
administrant, commodant DEO manus,
& quando infirmos visitant, commodant
Deo pedes suos. Unde recte Chrysostomus:
Quicquid Sacerdotes agunt in terris,
hoc ipse Deus ratum habet in celis. Id
quod Auditores probe observent, nec in
vili persona Pastorum suorum scandalizan-
tentur: sed eum potius respiciant, qui
ministerio huic eos destinavit, & ad
prædicandum allegavit. Est enim Rex
Regum & Dominus Dominantium, qui
Jerusalem Evangelistas dat, Esa. 41. v. 24.
& dat verbum Evangelistas magno exercitu,
Psal. 68. v. 12. Pro Christo enim legatio-
ne funguntur, 2. Cor. 5. v. 20.

Illusores in hac fece mundi non pauci
inveniuntur, qui parum faventes mini-
sterio, accurate ministrorum observant er-
rata, quæ ita exaggerare amant, ut ex musca

Ele-

Elephantum faciant, & in omnibus compositionibus divulgant. Sed quod recte faciunt, planè insuper habent, instar mscarum, quæ sanam carnem prætervolant, & purulentis delectantur, ut M. ille Basilius de iis ait.

Hi nefandi sunt homines. Licet enim præter decorem sit, si Pastores aliis prædcent, & ipsi vitam scandalosam agant: tamen ab ipsis nihil humani alienum putemus, quia homines fragiles sunt, qui delicto aliquo facilè præoccupari possunt, Gal. 6. v. 1. Quod verò doctrinæ nihil derogat. Sicut enim nihil interest, quod agricola manus maculatas habet, si modò semen bonum sit: sic nihil derogat verbo Dei & sacramentis, si Pastor forte exorbitet. Super cathedram Mosis federunt Scribæ & Pharisei, omnia ergò quæcunq; dixerint vobis, servate & facite, ait Christus Servator, Matth. 23, 2.

Secus se res habet cum iis, qui in gravioribus offendiculis viventes, post unam atque alteram correctionem respicere nolunt; Ut enim hi plus detrimenti quæcumque e-molumenti Eccl. sicut Christi afferunt, ovile Christi misericordia turbantes, & corruptentes; sic si destinata malitia pergent, ab officio removendi sunt. Et quamvis Angelorum linguis loquuntur, tamen sunt velut assonans, aut cymbalum timiniens, qui nihil adificant, quin potius, quod alterā manu extinxerunt, alterā destruunt; imò dum alii viam fatus monstrant, ipsi scelē condemnant. Bene enim dicere, & male vivere, nihil aliud est, quam suā se voce condemnare.

II. Johannis responsum. Johannes enim prohibebat psūm, dicens: Ego à te debeo baptizari & tu venis ad me.

Hic Johannes aliquid humani patitur. Debuisset enim vocationem suam & Chri-

sti mandatum respicere: sed propter perfornationem majestatem ratione suā comprehendere nequit, quod Messias & à Deo benedictus, imò Dominus & salvator Israëlis ipse, à se baptismum desideret. Si tamen rem recte expendamus, potius modestia & humilitas, quam repugnantia est, non enim dignum se reputat, qui sumimum hoc opus absolvat,

Hic te proba, mi Christiane, utrum animi ejusmodi humilitate præditus semper fueris? De Johanne dicitur: Non surrexit inter nationes mulieres major Johanne Baptistā, Matt. 11. v. 11. Nihilominus infirmitate agnita, indignum se judicat, qui Christum baptismo tingat.

Ut omne nimium vertitur in vitium, sic etiam nimia humilitas interdum culpabilis est, si nimis infirmitatem nostram plus respiciamus, quam Dei voluntatem & consilium, ideoque ex destinato proposito id recusantes, quod vocatio & conscientia requireret, sicut de Ammonio referunt, quod sibi ipsi manum amputarit, cum ad Epi-scopatum vocaretur, linguam quoque ex-specturus, nisi privato se esse liceret. Hoc minus probandum est. Propterea nos regiā via incedere, & infirmitatem quidem nostram agnosceremus, & tamen verbum & voluntatem Dei respicere, ad exemplum Pauli, qui se minimum Apostolorum, nec dignum ut vocaretur Apostolus, reputat: sed mox colligit se & dicit: Gratia autem Dei sum id, quod sum, & gratia ejus, quæ est in me, vacuanon fuit, 1. Cor. 15. v. 10.

Idem & nos faciamus, nec plus sapiamus, quam oportet sapere, Rom. 12 v. 3. Quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, Petr. 5. v. 5. E terra enim creati sumus, & in terram revertemur,

Dominica post Circumcisionis Festum.

54
Gen. 3.v.19. Nihil quoque à nobis ipsis habemus: sed à Deo. Non enim potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de celo Joh 3.v.27. Præterea quoq; innumerabilibus morbis obnoxii sumus, usq; dum mors ipsa nos tandem prosternat. Unde non abs re Siracides c.10.v.9. In spiritualibus quoq; adeo nihil efficere possumus, ut non sufficietes simus cogitare aliquid à nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 2.Cor.3.5. Deus est enim, qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate, Phil.2.13. Alias nihil facere possumus, Joh.15.5. Imò, nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto, 1.Cor.12.3.

In consideratione hujus imbecillitatis nostræ, rectissimè facimus, si descendamus ad humiles, humilitatiq; studeamus. Tria enim potissimum Deus ter Opt. Max. habitacula habet. Primò habet *in excelso*, h. e. in celo, ubi maiestatem suam quà Angelis, quà electis manifestat. Deinde *in sancto*, ubi verbum ejus pure prædicatur. Et tertio *cum contritis & humilibus spiritu*, Esa. 57.15.

Quod si itaque nos ejus inhabitationem gratiosam desideramus, omnem animi fastum abjecere, & sub potenti manu ejus nos humiliare tenemur, sic nos exaltabit in tempore visitationis, 1.Pet.5.v.6.

III. *Salutarem eventum.* Christus enim de mente suâ non recedit, sed tenax est propositi, & ait: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem justitiam, tunc dimisit cù, h. e. non ulterius tergiversabatur, sed baptizabat Jesum in Jordane, ut ille postulaverat.

Hic te proba, mi Christiane! utrum ad exemplum Johannis, instructionem salutarem ex verbo Dei, animo a quo semper suscepseris?

Quilibet habet justitiam suam, h. e. officii opera, quæ Deus ab ipso requirit, in vo-

catione & functione cā, ad quam cum rovavit, propterea quoque operam dare debet, ut justitiam hanc impleat, & murei suo satisfaciat, Rom.12.v. 7.8.

Christus dicit, decere ita, ut quilibet impleat officii sui justitiam: ipse, baptismi susceptione, Johannes vero impertione ejusdem. Hoc quoque optimum est, in quolibet statu, si quilibet officii sui rationem habeat, nec in excessu vel defectu peccet, aliás, si extra vocationis viam excurrit, facile in discrimen adduci potest.

Cum unus juniorum Studiosorum in Jericho materiam succideret, cadebat ferrum securis in aquam, 2.Reg.6.v.5.

Ozias Rex, tenens in manu thuribulum, ut adoleret incensum, leprā inficiebatur, 2. Chron. 26. v. 19.

Hodierno adhuc die immota stat Regula Salomonis: cuius viri via est perversa, is alienus est: mundus autem est, cuius rectum est opus, Prov. 21. v. 8.

Quoniam autem vasa infirma & fragilia sumus, quæ facilè in devia aberramus, & malum manuum nostrarum bonum dicimus, Mich. 7.v.3. Ideò non perseveremus in errore: sed Deo gloriam demus, & si non ad meliora informemur, ab errore resiliamus. Qui enim pertinax est, non erit recta anima ejus in semetipso, Hab. 2.v.4.

Sepè Deus huic vel illi viam monstrat ad promotionem, sed laborem fugiens renuit, nec justitiam officii, quod Deus ipsi offert, implere vult. Sed magna hac est socioria! Non sic Johannes: simulac enim intelligit à Christo, se ad hoc vocatum, ut Christum baptizaret, eidem morem gerit, & officio suo satisfacit: Sic quilibet, pro facultate à Deo ipsi concredata, super pauca sit fidelis, & super multa constitetur. Matth. 25. 23.

De

De Secundo.

PErgeremus nunc ad alteram partem, *χριστον ταυτην* five notitiam Domini nostri Iesu Christi consideraturi. Hic nobis in Evangelio proponitur,

1. *Tanquam Baptismi initiator.* Hinc Cyprianus: *Veniebat Christus ad baptismum, non egens lavacrum, in quo peccatum non erat, sed ut sacramento perennis daretur autoritas.* Hoc ipso quoque contestari voluit, quod baptisimus non humana ordinatio sit, quam Johannes introduxit: sed Dei ordinatio, quae nullo modo negligi aut intermitte possit. Laus & magnificentia opus ejus, Ps. III. v. 3.

Judicare quoque eō voluit, se non facere cum Magnatibus terrenis, qui quidem bonas leges & ordinationes promulgant, & ipsi non servant; sed cum violentiā, ut fuci & crabrones telam aranearum, perrumpunt, symbolo hoc utentes: *Quod libet licet.* Vel, ut Istebelad Achab dixit: tu nunc administras regnum super Israēl, 1. Reg. 21. v. 7. Hoc Christus Servator non facit: sed proprio infervit ordini; & quia diluvium hoc ipse paravit, Psalm. 29. v. 10. & fontem Salvatorem instituit, Elsa 12. v. 3. Exemplo quoque suo alios allucere vult, ut cuin majori desiderio accedere, & consilium Dei adversus semetipos non spernere debeant. Luc. 7. v. 30.

Jordanem quoque & omnes reliquas aquas in peculiarem gratiæ undam initiare vult, ut per eam mediante verbo & spiritu, regenerari, & in regnum Dei introduci debeamus, Joh. 3. v. 5. Licet igitur in hac aquâ non multa auri granula fluant, ut Poëta de Paetolo & Tago suo scribunt,

tamen Christus de collo nostro verè aureum amuleum suspendit, nempe, remissionem peccatorum, quam Christus sanguine & morte suâ nobis promeruit. Ubi autem remissio peccatorum est, ibi & vita & salus, ut David argumentatur, Psal. 32. v. 1.

Nos proinde Baptismum eō majoris aestimemus, quia Christus ipse se baptizari voluit, & hoc ipso aquam baptismi sanctificavit, ut non amplius sit simplex & mera aquâ: sed lavacrum regenerationis & renovationis, Tit. 3. v. 5.

In naturâ alias multi mirandi fontes & fluvii reperiuntur. In Hungariâ ad oppidum Schmolnitium in monte Carpatho fons est, in quem ferrum conjectum, in optimâ notâ ævadit. Idem hodiè fit in monte Ramelio ad Goslariam in Germaniâ. In Irlandiâ fons est, cuius aquam qui crinibus adspexit, canescit. In Thracia est fluvius, qui lignum in lapides transmutat. In Macedonia fluvius est, quo bibentes inebriantur, velut vino. In Bœotiâ duo contraria fluvii sunt, quorum alter oves albas in eâ lavatas nigredine inficit, alter, qui à priori non longè distat, nigras candidat, & quæ plura ejusmodi mira, in rerum naturâ paßim inveniuntur. *Vid. Varro. Geogr. General. p. 342.*

In Baptismate verò aquam habemus, quæ mirandos hosce fluvios & fontes longissimè superat. Hac enim aquâ regeneramur, qui ante eramus filii iræ naturâ, Ephes. 2. v. 3. filii mortis, Psalm. 79. v. 11. filii Belial. Deuter. 13. v. 13. filii gehennæ, Matth. 23. v. 15. At per Baptismum adoptamur in filios Dei, hæredes Dei, & cohæredes Christi, Rom. 8. 15. Hinc Lutherus Baptismum nominat *Puerperam regnicælorum*, quia per illum regeneramur, & nomina nostra in librū vitæ, inter-

Dominica post Circumcisionis Festum.

cives Regni cœlorum adscribuntur , Eph.
2. v. 20.

II. *Tanquam cœli reparator.* Baptizato
enim Jesu, cœli aperti sunt ei, & Johannes
vidit spiritum Dei descendente, sicut co-
lumbam, & venientem super ipsum.

Hæc talis Majestas est & gloria, quæ ne-
mini unquam, vel potentissimo Monarchæ
contigit.

Pontifex Romanus in inauguratione
suâ maximam pompam admittit, sed quia
contra doctrinam & honorem Christi sit,
ideo cum Symbolo , quod in illâ exclama-
tur, concordat: *Sic transi gloria mundi.*

Sed hæc majestas & dignitas de cœlo
est, eosq; qui piâ animi devotione hoc re-
volvunt, in cœlum transfert, quod verum
est sanctum sanctorum, in quod Pontifex fu-
turonum bonorum Jesus Christus introi-
vit per proprium sanguinem, velut media-
tor novi fœderis , æternâ redēmptione in-
ventâ. Hebr. 9. v. 12. Sicut quoque Apo-
stolis suis, & omnibus, quiverâ fide in i-
psum credunt, promisit, quod velit ipsos
in æternas mansiones introducere, & ad
se recipere, ut sint, ubi & ille est , Joh. 14.
v. 3. Propterea cœlum apertum est in ejus
baptismo , ut scire & credere debeamus,
Cherubim cum fulmine & versatili gladio
à janua paradisi remotum, ut non amplius
in exilio vagari, sed cum Christo Domino
semper esse debeamus, Thess. 4. v. 17.

Imprimis autem hac cœli patefactione, &
SS. Trinitatis manifestatione indigitatum
est, quod hodierno abhinc die cœlum se pandat,
quando infantes baptizantur , & Trinitas
sese presentet , & ad videndum & audi-
endum exhibeat. Deus pater, quasi de cœlo
clamat , hic filius meus! hæc filia mea!
quos gratiosè adopto. *Filius Dei* quasi in

baptisterio adstat, & aquæ virtutem impet-
tit, ut non vulgaris aqua maneat : sed

Fluenta sanguinis rubra

Videntur hac tuente :

Quæ cuncta sanant vulnera

Accepta de parente,

Et quolibet patrante.

Wurd zu einer rothen Fluth /

Von Christi Blut gefärbet /

Die allen Schaden heilen thut /

Von Adam her ererbet /

Und von uns selbst begangen.

Deus Spiritus Sanctus super infantem
columba quasi specie volat, eumq; de gra-
tia Dei, remissione peccatorum, verâ coram
Deo valente iustitiâ, nec non æternâ salute
certificat, unde signanter *approp. p. tunc uar-*
porouias iuxâ appellatur. Eph. 1. v. 14.

III. *Tanquam gratia divina reparator.*
Vox enim de cœlis, dicebat : Hic est filius
meus dilectus, in quo mihi complacui. Quô
ipsô indicatur, quod Pater cœlestis filium
hunc suum maximoperè diligt & ample-
ctatur, & quod propter eum nos quoq; in
gratiam recipere velit.

Imprimis hic luculentum habemus te-
stimonium, quod Christus Salvator noster
non merus filius Mariæ & homo : sed &
filius Dei, & sic ejusdem essentia cum pa-
tre sit, Deus benedictus in secula, Rom. 9.
v. 5. Cui enim Angelorum Deus dixit: sede
à dextris meis? Hebr. 1. v. 13.

Hoc probè notandum est, contra veter-
es & novos Arrianos, Neophotinianos,
Judæos & Turcas, qui æternam Christi di-
vinitatem in dubium vocant & abnegant:
sed videbunt aliquando, in quem pupuge-
rint, Zach. 12. 10. Qui enim Patrem non ha-
bet, ille nec filium habet, 1. Joh. 2. v. 23.

Nobis vero maxima consolationi est.
Quia

Dominica I. post Festum Epiphanius.

37

Quia enim talem Salvatorem agnoscimus, qui non in umerus & nudus homo, sed simul & eternus Deus & Dei filius est, de plenâ pectorum nostrorum solutione neutiquam dubitemus, quia non nudus homo, sed ipse filius Dei, eam pro nobis præstítit. Si enim sanguis hircorum & taurorum, & ciniis vitulæ adspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum æternum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus

mortuis, ad serviendum Deo viventi? Hebr. 9. v. 13.

Pleno hinc fruere solatio! Sicuti enim Deus pater cœlestis filium suum amore ardentissimo complectitur: ita quoq; te complectetur, si juxta verbum ejus vitam institeris. Oves meæ, ait ille, vocem meam audiunt, & cognosco eas, & ego vitam æternam do eis, Joh. 10. v. 27. Largiatur hoc nobis benignissimus Deus, per Filium suum Jesum Christum, Servatorem nostrum laudandum in secula! Amen.



Dominica I. post Festum Epiphanius.

Evangelium Luc. 2. v. 41--52.

EXORDIUM.

DE Helkanâ, & Hannâ uxore eius, memoratur, quod statis diebus de civitate suâ adscenderint in Silo, ubi area fœderis erat, ut adorarent & sacrificarent Domino exercituum, Filiolum quoque sibi à Deo donatum adduxerant secum, cumq; commodaverunt Domino, cunctis diebus. Samuel autem ministrabat ante faciem Domini, puer, accinctus Ephod lineo. Et tunicam parvam faciebat ei mater sua, quam afferebat statis diebus, adscendens cum viro suo, ut immolaret hostiam solemnum. Puer autem Samuel proficiebat atq; crecibat, & acceptus erat, tam Deo quam hominibus, i. Sam. 1. v. 3. 24. c. 2. v. 18. 19. 26.

Samuel Typus Christi est.

Samuel interpretativè idem est ac *rogatus à Domino*: Sic S. Patriarchæ Veteris Testamenti diu suspirarunt: Rorate cœli de-

super, & nubes pleant justitiam; usq; dum Messias in carne apparuit, Esa. 45. v. 8.

Parentes Samuelis statis diebus adscenderunt in Silo, ad ministrandum Domino sacrificiis & precationibus, filiolum quoque suum adducentes. Simile quid de Parentibus Christi audimus, quod quotannis adscenderint Hierosolymam, & filiolum suum, anno a tatis duodecimo adduxerint secum. Quod egregium est speculum, in quo videmus, quod Parentes non modò, quantum in ipsis est, pietati litare, sed & liberos suos in eâ, ab incunte ætate informare debeant, ut sint arbores justitiae, plantatio Domini, ut glorifetur, Esa. 61. v. 3. 1. Tim. 4. v. 8.

Samuel ministrabat ante faciem Domini, puer, accinctus Ephod lineo: Sic audiimus in prælecto Evangelio, quod Christus inventus sit in templo Hierosolymitano in medio

H

medio